


ORATIO DICENDA SEV INTENTIO in Deum actualiter dirigenda ante Missam.

PIIS ET DEVOTIS

SACERDOTIBVS.



IESV, o dulcissime Iesu, o Iesu Fili Virginis Mariae propitius
rito mihi peccatori preter nomen sanctissimum tuum. Ego
pro tuo honore, & sanctissima Matris tuae, & S. N. & omnium
Angelorum, & Sanctorum, maximè meorum custodum, & advo-
catorum humiliter tibi servire, fideliter placere, devotè lauda-
re, puitissimèque sacrosanctum Missæ mysterium celebrare, &
consecrare, tecu consecrate corpus, & sanguinem tuum iuxta ritu
sanctæ Romanae Ecclesiæ, teq; ipsum suscipere desidero, atq; intendendo: ea puritate,
intentione, attentione, devotione, fervore, & amore, quo ego teneor, & tu vis,
& omnes Sancti, & Fideles servi tui in qua॒ celebrarunt, & te suscepserunt in unione
illius perficissima intentionis, & infinitæ charitatis, qua aeterno Patri inaccepta-
bile, & cruentum sacrificium te ipsum pro r. c. bis in Cruce obrulisti, & qua hoc Sac-
ramentum initiaisti, & ad me nunc venite dignaris: & sanctissimæ Incarnatio-
nis, Nativitatis, Viaz, Passionis, & omnium meritorum tuorum, & Purissimæ
Matris tuae, & omnium Sanctorum: in gratiarum actione pro omnibus beneficijs
tuis, mihi, Ecclesiæ tuae, & toti mundo unquam collatis, & conferendis: in remissione,
& satisfactionem omnium meorum peccatorum, in remedium omnium necessitatū
mearum, ad salutem omnium vivorum, & defunctorum, præcipue eorum pro qui-
bus ego orare solco, & debeo, & tibi placitum est, vt orem, & qui se commedave-
runt orationibus meis, in genere, & in specie, & qui pro me apud te orant, & om-
nium benefactorum meorum, & qui mihi peculiariter pro hac Missa eleemosynas
præbuerunt, necnon corum pro quibus Prelati mei hoc diuinum Missæ sacrificium
me celebrazione intendunt, seu statuerunt. Aduiva me gratia tua, vt hoc faciam secundum
gratissimam voluntatem tuam, quia sine te nihil sum, nihil valeo, nihil possum,
per infinitam misericordiam tuam, in qua ego confido, & semper sperabo. Amen.

L A V S D E O .